b Hic deesse verbum ὄμνειη notat Savil. Επιτ.

Πέτρον εἶναι τοῦτον ἡ Παῦλον, η καὶ ἄγγελον ἐξ οὐρανοῦ [233] καταβάντα· οὐδὲ γάρ οὕτως ἐπιστρέφομαι πρὸς τὴν ἀξίαν τῶν προσώπων. Νόμον γάρ οὐχὶ δουλεικὸν, ἀλλὰ βασιλικὸν ἀναγινώσκω ἐγὼ τὸν περὶ τῶν ὅρκων· ὅταν δὲ βασιλέως ἀναγινώσκηται γράμματα, ἀπαν τὸ τῶν δούλων ἀξιωματικά διαχαζέτω. "Ἄν μὲν γάρ ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς δύμνει· εἰ δὲ μετὰ τοσαύτης ἀπείργει σπουδῆς, καὶ τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ πράγματος ποιεῖται πρόνοιαν, ὡς μετὰ τοῦ Πονηροῦ στῆσαι· τὸν δύμνυόντα (Τὸ γάρ περισσόν τούτων, τοῦ ral, καὶ τοῦ οὐ, φησὶν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστι), τί μοι τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα προσάγεις εἰς μέσον; Οὐ γάρ ἀπὸ τῆς δραματικῆς τῶν συνδούλων οἵτεις οἱ τὴν ψῆφον ὁ Θεὸς ταύτην, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐπιταγῆς τῶν αὐτοῦ γόμων. Ἐπέταξε, φησὶν, ἔδει πεισθῆναι, καὶ μὴ τὸν δεῖνα προβάλλεσθαι, μηδὲ ἀλλότρια περιεργάζεσθαι κακά. Ἐπεὶ διέγας Δαυΐδης ἡμαρτεν ἀμαρτίαν χαλεπήν· ἄρα οὖν ἀκίνδυνον ἡμῖν διὰ τοῦτο τὸ ἀμαρτάνειν, εἰπέ μοι; Διὰ τοῦτο μὲν οὖν τοῦτο ἀσφαλίζεσθαι γρή, καὶ τὰ κατορθώματα τῶν ἀγίων μόνον ζηλοῦν· εἰ δέ που δραματικά καὶ νόμου παράνεις, μετὰ πολλῆς ἀποφεύγειν χρή τῆς σπουδῆς. Οὐ γάρ πρὸς τοὺς συνδούλους ἡμῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Δεσπότην ὁ λόγος ἔστι, καὶ τούτῳ τὰς εὐθύνας δώσομεν τῶν βεβιωμένων ἀπάντων. Πρὸς ἔκεινο τοίνυν παρατκευαζόμεθα τὸ δικαστήριον· καὶ γάρ μυριάκις θαυμαστὸς ἡ καὶ μέγας ὁ τὸν νόμον παραβαίνων τοῦτον, δώσει πάντας τὴν ἐπὶ τῇ παραβάσει κειμένην τιμωρίαν· οὐ γάρ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός. Πῶς οὖν ἔστι καὶ τίνι τρόπῳ φυγεῖν τὸ ἀμάρτημα; οὐ γάρ δὴ μόνον τὸ ἔγκλημα χαλεπὸν χρή δεῖξαι, ἀλλὰ καὶ δπως ἀν ἀπαλλαγείται μεταβούλευσαι. "Ἐχεις γυναικα, ἔχεις οἰκέτην, ἔχεις παιδία, καὶ φίλον, καὶ συγγενῆ, καὶ γείτονα; πᾶσι τούτοις τὴν ἐπὶ τούτων ἐπίτρεψον φυλακήν. Χαλεπὸν ἡ συνήθεια, καὶ δεινὸν ὑποσκελίσαι, καὶ δυσφύλακτον, καὶ ἄκοντας ἡμᾶς πολλάκις καὶ οὐκ εἰδότας ἐμβάλλεις; Οὐχοῦν ὅσιω τῆς συνήθειας οἶδας τὴν δύναμιν, τοσούτῳ τῆς μὲν πονηρᾶς συνήθειας ἀπαλλαγῆναι σπουδασσον, πρὸς δὲ τὴν ἐτέραν τὴν χρητιμωτάτην σεαυτὸν μετάστησον. "Ωσπερ γάρ νῦν σπουδάζοντά σε καὶ φυλαττόμενον καὶ μεριμνῶντα καὶ φροντίζοντα ἰσχυσε πολλάκις ὑποσκελίσαι ἐκείνη, οὔτως ἀν εἰς τὴν ἀγαθήν σκυτὸν συνήθειαν μεταστήσῃς τὴν τοῦ μὴ δμύναι, οὐδὲ ἄκων, οὐδὲ δραματικῶν ἐμπεσεῖν δυνήσῃ ποτὲ πρὸς τὰ τῶν ὅρκων πτώματα· μέγα γάρ δηντῶς συνήθεια, καὶ φύσεως ἔχει δύναμιν. "Ιν' οὖν μὴ πονῶμεν συνεχῶς, έκαστον τῶν σοις συγγινομένων καὶ συνόντων ταύτην αἰτησας τὴν χάριν, ἵνα συμβουλεύῃ καὶ παρατιῇ φεύγειν τοὺς ὅρκους, καὶ ἀλισκόμενον ἐλέγχῃ. "Η γάρ παρ' αὐτῶν εἰς σὲ γινομένη φυλακή καὶ αὐτοῖς ἔστι συμβουλὴ καὶ παραίστας τοῦ κατορθώματος. "Ο γάρ ἔγκαλων ἐτέρῳ περὶ ὅρκων, οὐ δρδίως αὐτὸς εἰς τὸ βάραθρον ἐμπεσεῖται τοῦτο· βάραθρον γάρ οὐ τὸ τυχὸν ἡ πολυορκία, οὐχὶ ὅταν περὶ τῶν ἐλαχίστων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν περὶ μεγίστων γίνηται πραγμάτων. "Ημεῖς δὲ καὶ λάχανα ώνούμενοι καὶ ὑπὲρ δισοῦν δύο φιλονεικοῦντες, καὶ πρὸς οἰκέτας δργιζόμενοι καὶ ἀπειλοῦντες, τὸν Θεὸν πανταχοῦ καλοῦμεν μάρτυρα· καὶ ἀνθρωπὸν μὲν ἐλεύθερον, ἀξίας τινὸς μετασχόντα [234] ψιλῆς οὐκ ἀντέλμησας ὑπὲρ τοιούτων καλέσαι μάρτυρα ἐπ' ἀγορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρήσῃς, δικτὸν διώτεις τῆς ὕβρεως· τὸν δὲ τῶν φύρανῶν βασιλέα, τὸν τῶν ἀγγέλων Δεσπότην, καὶ περὶ ὥγισιν, καὶ περὶ γρηγόριων, καὶ περὶ τῶν τῶν

22. 33)? Viden' singulos hujusmodi lapsus timentes, Jugentes, consilia dantes, precantes, ut circa linguam magna cautela adhibeatur? At eur, inquies, si tantam nobis perniciem hoc instrumentum afferat, ipsum nobis a principio indidit Deus? Quia magnam etiam afferat utilitatem, et si caveamus, utilitatem tantum, perniciem vero nullam afferat. Audi enim quid dicatis, qui prius illa dixerat: *In manu linguae vita et mors* (*Prov. 18. 21*). Eademque ipsa Christus declarat his verbis, *Desermonibus tuis condemnaberis, atque de sermonibus tuis justificaberis* (*Matth. 12. 37*). Media quippe stat lingua inter utrumque usum; tu dominus es. Ita et gladius jacet medius; si illo contra inimicos utaris, salutare tibi instrumentum efficitur; sin tibi ipsi vulnus infligas, non ferri natura, sed iniquitas tua caedis causa est. Ita et de lingua cogitemus: gladius est in medio jacens, acce illam ad te de peccatis tuis accusandum, ne fratri vulnus infligas. Ideo illam duplice muro Deus circinvallavit, dentium nempe septo et labiorum ambitu, ne facile et inconsulte verba non congruentia proferat. Refrena illam intus. Verum illa non id patitur? dentibus illam castiga, ipsorum ceu carnisicum morsui illam tradens: melius quippe est illam nunc peccantem dentibus morderi, quam tunc aridam et aquæ stillam querentem illa consolatione privari. In multis sane aliis peccare illa solet, conviciis nempe, blasphemis, verbis obscenis, sycophantiis, juramentis, perjuriis.

5. *Adversus jurandi consuetudinem.* — Sed ne confertim omnia dicentes mentem confundamus vestram, unam vobis legem ponimus de vitandis juramentis, hoc vobis prænuntiantes et edicentes, si non modo perjuria, sed etiam juramenta ob justam causam prolata, non fugiatis, me non aliud argumentum tractaturum. Nam absurdum esset, si, dum iudicistri non alias pueris tradunt disciplinas, donec videant priorem in ipsorum memoria pulchre hædere, nos cum priores disciplinas nondum inculcare potuerimus, alteras denuo ingeramus: id enim nihil aliud esset quam in pertuso dolio haurire. Ne igitur os nobis cœaudatis, magnam rei curam habete. Nam grave peccatum est, admodumque grave: ideoque admodum grave, quia non videtur grave esse: ideoque ipsum formido, quia nemo formidat: ideo incurabilis morbus, quia morbus non esse videtur; sed quemadmodum sermo simplex crimen non est, ita et hoc crimen esse non videtur, sed considerenter hoc facimus admittitur; si quis vero redarguat, statim risus et cœlinni profusi, non adversus eos, qui juramenta redargiunt, sed adversus eos, qui morbum curare volunt. Ideo longum hac de re sermonem habeo: ultam enim radicem evellere cupio, et diuturnum delere malum; non perjuria solum dico, sed et juramenta juste prolata. At, inquies, ille homo modestus, sacerdotium gerens, pie temperanterque vivens, jurat tamen. Ne mihi modestum illum alleges, temperantem, plium, in sacerdotio degentem: sed si vis pone Petrum esse vel Paulum, vel angelum, qui de cœlo descenderit: ne sic quidem perso-


narum dignitatem respiciam. Nam legem non servilem, sed dominicam de juramento lego: cum autem imperatoria scripta legantur, omnis servorum dignitas quiescat. Nam si dicere potes Christum juramenta præcepisse, aut Christum ipsa admissa non ulcisci, ostende mihi, et morem geram. Quod si tanta cura ipsum vetat, et tantam hujus rei providentiam gerit, ut cum maligno jurantem constituat (*Quod autem his abundantius est*, ait, nempe, *est et non, a diabolo est* [*Matth. 5*]), quid mihi hunc et illum in medium producis? Non enim ex conservorum negligentia, sed ex legum suarum præcepto, hunc Deus feret calculum. Jussi, inquit: obtemperare oportebat, non hunc et illum prætendere, neque aliena mala curiosius investigare. Quandoquidem magnus ille David in grave peccatum lapsus est: ideone, quæso, sine periculo peccare poterimus? Quapropter hoc cavere oportet, atque recta tantum sanctorum gesta imitari. Sicubi vero negligentia vel transgressio legis occurrat, id summa sollicitudine fugiendum est. Non enim cum conservis, sed cum Domino ratio nobis est, rerumque in vita gestarum omnium rationem ipsi reddeamus. Ad illud itaque tribunal nos præparemus: nam quantumvis admirandus et magnus sit is qui hanc legem violat, reposito huic prævaricationi supplicio haud dubie plectetur: non enim personas accipit Deus. Quomodo autem quave ratione potest hoc peccatum vitari? non enim par est quam grave sit peccatum dumtaxat ostendere, sed consilium, quo ab eo liberari possimus aperire. Est tibi conjux, sunt tibi filii, est amicus, cognatus, vicinus: his omnibus hanc super his custodiā demanda. Gravis res est consuetudo, difficile est eam de medio tollere, arduum est ab illa cavere, invitatos sæpe et imprudentes invadit. Igitur quanto majorem nosti vim consuetudinis, tanto magis a prava consuetudine liberari satage et ad aliam utilissimam te transfer. Quemadmodum enim te illam curantem sæpe, ab illa cœaventem teque sollicite custodientem, potuit supplantare, ita si te in bonam non jurandi consuetudinem transferas, nec invitus umquam nec socors poteris in juramenti lapsum deferri. Magna tique res consuetudo, quæ naturæ vim habet. Ne igitur id frequenter agamus, in aliam nos consuetudinem transferamus: a singulis tecum viventibus et versantibus hanc gratiam postula, ut te hortentur atque inducent ad vitandum juramentum, deprehensem arguant. Nam eorum circa te custodia vel ipsis consilium et adhortatio est ad recte agendum. Nam qui alterum de juramento accusat, non facile ipse in hoc barathrum incidet. Barathrum enim non parvum est jurandi frequentia, non modo cum de minimis rebus, sed cum de maximis agitur. Nos autem vel olera ementes, valde de duabus obolis disceptantes, in famulos ira commoti et comminantes, Deum semper aducamus testem. Hominem quidem ingenuum vel leví dignitate præditum, ad hujusmodi res in foro testem advocare non audes, vel si audeas, contumeliae pœnas dabis; cœlorum autem Regem et angelorum Dominum, sive de venalibus, sive de pecuniis, sive de

minimis rebus sermonem habeas, in testimonium trahis; haecne ferenda? Quomodo poterimus ergo ab hac mala consuetudine liberari? Si custodes, quos dixi, circa nos ponamus, tempusque nobis ipsis ad correptionem constituamus, poenamque nobis indicamus, si elapso tempore non emendati fuerimus. Quodnam tempus ad hoc satis erit? Non puto eos, qui admodum vigilant suaeque curandae saluti intenti sunt, plus decem diebus opus habere, ut a mala iuramentorum consuetudine prorsus liberentur. Quod si post illos decem dies jurantes deprehendamur, poenam nobis constituamus, damnationem et suppli-

cium pro prævaricatione maximum. Quam vero damnationem? Id non ego desuiam, sed vos sententiae dominos constituo. Sic ea, quæ nos spectant, dispensemus, non modo circa juramenta, sed circa alia quælibet delicia; ac tempus nobis constituentes, gravissimis deputatis pœnis, si aliquando in ea incidamus, puri ad Dominum nostrum accedemus, et a gehenna ignis liberabimur, fiderenterque stabimus ante tribunal Christi: quod nos assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, quem Patri gloria una cum Spiritu sancto, in secula sæculorum. Amen.

CATECHESIS II

AD ILLUMINANDOS, ET DE MULIERIBUS SE TORTIS CRINIBUS ET AUBRO ORNANTIBUS, ET DE SEC-
TANTIBUS VATICINIA, VEL LIGATURAS, VEL INCANTATIONES: QUÆ CUNCTA A CHRISTIANISMO
SUNT ALIENA.



1. Nuper dictorum apud caritatem vestram fructus a vobis repetiturus adveni: non enim propterea loquimur, ut tantum audiatis, verum ut et dictorum meinoriam scrvetis, et per opera nobis memoriam demonstratis; imo vero non nobis, sed Deo mentis arcana scienti. Propterea et catechesis, id est institutio, dicitur, ut et absentibus nobis sermo noster mentes vestras instituat. Et ne miremini, si decem diebus tantum transactis seminum fructus repetitur venimus: etenim die una licet pariter et semina spargere et messem facere: non enim propria tantum virtute, verum et divino auxilio roboretur, sic ad certamina vocamur. Quicumque igitur dicta suscep- runt et per opera impleverunt, maneat se exten- tes in anteriora. Quicumque vero bonam hanc opera- tionem nondum attigerunt, jam attingant, ut ex torpore natam damnationem futuro studio repellant. Licet enim, licet, inquam, eum qui multum torpuit, post haec diligentia utendo, præteriti temporis omnem saepe jacturam. Idecirco dicitur: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione* (Psal. 94. 8). Hoc autem dicit, admonens et consulens numquam desperare, sed donec hic sumus, bonam habere spem et anteriora apprehendendi et bravium supernæ Dei vocationis persequendi (Phi- lipp. 3. 14). Hoc igitur faciamus, et magnæ hujus donationis nomina exquiramus. Sicut enim dum ignoratur dignitatis magnitudo, seignores sunt hi qui honorantur: ita si noscatur, gratos reddit et magis studiosos efficit. Alioquin et turpe esset et ridiculum tanto potentes apud Deum honore, nec scire quid ipsius tandem nomina significare velint. Et quid de hoc munere dico? si enim commune generis nostri nomen cogitaveris, maximam ad virtutem capies disciplinam et exhortationem. Hoc enim nomen, *homo*, nos non secundum externos definimus, sed ut divina jussit Scriptura. Nam homo non est quicumque sim- plieiter manus habet et pedes humanos, nec quiemni-

que tantum rationalis est; sed quicunque pietatem et virtutem cum fiducia exercet. Audi namque quid de Job dicit. Cum enim dixisset quod *In terra Ausitide homo erat*, non ex iis eum describit terminis, quibus ethnici, nec hoc dicit, quod duos pedes haberet et unguis latos; sed indicia pietatis illius præbens dicebat, *Justus, verax, colens Deum, abstinenſ ab omni mala re* (Job 1. 1), demonstrans quod hoc est homo, sicut scilicet et alijs inquit, *Deum time, et ipsius mandata custodi, quoniam hoc est omnis homo* (Eccl. 12. 13). Si autem hoc nomen homo tantam ad virtutem præbet exhortationem, multo magis illud, *fidelis*. Fidelis enim ideo vocaris, quoniam et credis Deo, et ab eo creditam ipse justitiam habes, sanctitatem, munditiam animæ, in filium adoptionem, regnum caelorum, et haec tibi commendavit. Tu vicissim ipsi alia credidisti et commendasti, eleemosynam, preces, modestiam et omnem aliam virtutem. Et quid dieo eleemosynam? si vel frigidum ipsi dederis poculum, haec hoc amittes (Math. 10. 42), verum et hoc in illum reservat sedulo diem, et cum multa reddet superabundantia: hoc quippe admirabile est, quod non tantum deposita servet, verum et multiplicet retributionibus.

Illuminati, seu baptizati officium. — Hoc et te se- cundum potentiam tuam facere jussit in iis, quæ tibi credita sunt: nempe sanctitatem, quam accepisti, intendere, et ex lavacro justitiam reddere clariorem, et gratiam illustriorem facere: sicut utique et Paulus fecit, sequentibus laboribus et studio diligentiaque augens omnia quæ accepit bona. Et nota Dei pro- videntiam: nec tibi totum hoc dedit, neque toto privavit; sed haec dedit, illa promisit. Et quare non hic totum dedit? Ut tu fidem in ipsum demon- strares, nondum datis ex ipsius promissione sola cre- dens. Quare vero rursum non omnia illic servavit, sed dedit et Spiritus gratiam et justitiam et sanctifi- cationem? Ut tibi labores leves faciat, et ex iam datis

τυχόντων διελεγόμενος, έλκεις εἰς μαρτυρίαν· καὶ πῶς ταῦτα ἀνεκτά; Πόθεν οὖν ἀπαλλαγέσημεν ἐκ τῆς πονηρᾶς ταύτης συνηθείας; Τοὺς φύλακας οὓς εἶπον περιστήσαντες, χρόνον δρτὸν ὄρισαντες ἑαυτοῖς πρὸς διδροῦσιν, καὶ καταδίκην ἐπιθέντες, εἰ τοῦ χρόνου παρελθόντος μὴ κατορθώσαιμεν τοῦτο. Πόσος οὖν ἡμῖν χρόνος ἀρχέσει πρὸς τοῦτο; Οὐκ οἶμαι τοὺς σφόδρα νήφοντας καὶ διεγηγερμένους καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἀγρυπνοῦντας σωτηρίας πλέον ἡμερῶν δέκα διηθῆσεθαι, ὥστα παντελίς ἀπαλλαγῆναι τῆς πονηρᾶς τῶν ὅρκων συνηθείας. Εἰ δὲ μετὰ ταῦτα δέκα ἡμέρας ὀφθείημεν διμύντες, δίκην ἑαυτοῖς ἐπιθῶμεν, καὶ τιμωρίαν μεγίστην καὶ καταδίκην ὄρισωμεν τῆς παραβάτεως. Τίς οὖν ἔστιν ἡ κα-

ταδίκη; Οὐκ ἔτι τοῦτο ὄριζω ἐγὼ, ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀφίημι κυρίους τῆς ψῆφου εἶναι. Οὗτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, μὴ μόνον ἐπὶ τῶν ὅρκων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐλαττωμάτων, καὶ χρόνον ὄριζοντες ἑαυτοῖς τιμωρίας χαλεπωτάταις, εἰ ποτε περιπέσωμεν τούτοις, καθαροὶ πρὸς τὸν ἡμέτερον ἀπελευσόμεθα Δεσπότην, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς γεέννης ἀπαλλαγῆσμεθα, καὶ μετὰ παρθησίας στησόμεθα Ἐμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἡς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὐ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

*Πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι· καὶ περὶ τυραινῶν τῶν ἐν πλέγμασι καὶ χρυσῷ κατακοσμουσῶν ἑαυτάς· καὶ περὶ τῶν αληδονισμοῖς, ἢ περιάπτοις, ἢ ἐπιφδαῖς κεγρημέρων, ἀπέρ ἀλαγατα ἀλλοτρία Χριστιανισμοῦ *.*

α'. Τῶν πρώην εἰρημένων πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην πρότερον τοὺς καρποὺς παρεγενόμην ἀπαιτήσων ὑμᾶς· οὐδὲ γάρ διὰ τοῦτο λέγομεν, ἵνα ἀκούσητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ μνημονεύητε τῶν εἰρημένων καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξιν ἡμῖν παράσχητε· μᾶλλον δὲ οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ τὰ ἀπόφρητα τῆς διανοίας εἰδότι. Διὸ τοῦτο καὶ κατήχησις λέγεται, ἵνα καὶ ἀπόντων ἡμῶν ὁ λόγος ὑμῶν ἐντχῇ ταῖς διανοίαις. Καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ δέκα ἡμερῶν διαγενομένων μόνον τοὺς καρποὺς ἥλθομεν ἀπαιτήσοντες τῶν σπερμάτων· καὶ γάρ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ δυνατὸν δμοῦ καὶ σπέρματα καταβαλεῖν καὶ ἀμητὸν ποιήσασθαι· οὐ γάρ οἰκεῖ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ ροπῇ δυναμούμενοι, οὕτω πρὸς τοὺς ἀγῶνας καλούμεθα. "Οյοι μὲν οὖν κατεδέξαντο τὰ εἰρημένα, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρωσαν, μενέτωσαν ἐπεκτεινόμενοι πρὸς τὰ Ἐμπροσθεν· οἵσοι δὲ οὐδέποτε τῆς ἀγαθῆς ταύτης ἔργασίας ἥψαντο. ἐντεῦθεν ἀμάσθιωσαν, ἵνα καὶ τὴν ἐκ τῆς φαύλωμας καταδίκην τῇ μετὰ ταῦτα προθυμίᾳ ἀποχρούσωνται. "Ἐνι τὰρ, ἔνι καὶ τὸν ἐβράχυμητούτα σφόδρα μετὰ ταῦτα χρησάμενον [235] τῇ προθυμίᾳ τοῦ παρελθόντος χρόνου πᾶσαν ἀνασῶσαι· τὴν ζημίαν. Διό φησι, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς κυρδίας ὑμῶν, ὡς ἐκ τῷ παραπικρασμῷ. Τοῦτο δὲ λέγει παραινῶν καὶ συμβουλεύων, μηδέποτε ἀπογινώσκειν, ἀλλ' ἐως ἂν ἐνταῦθα ὥμεν, χρηστάς ἔχειν τὰς ἐλπίδας, καὶ τῶν Ἐμπροσθεν ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ πρὸς τὸ βραχεῖον διώκειν τῆς ἀνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο τοίνυν ποιήσωμεν, καὶ τὰ δύνατα τῆς μεγάλης ταύτης ἐξετάσωμεν δωρεᾶς. "Ωσπερ γάρ ἀγνοούμενον ἀξιόματος μέγεθος ῥάβυμοτέρους ποιεῖ τοὺς τιμωμένους, οὕτω γνωριζόμενον εὐχαρίστους καθίστησι καὶ σπουδαιοτέρους ἐργάζεται. Καὶ ἀλλιώς δὲ αἰσχρὸν ἂν εἴη καὶ καταγέλαστον τοσαύτης ἀπολαύσοντας δόξης παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τιμῆς, μηδὲ τὰ δύνατα αὐτῆς εἰδέναι τι ποτε ἐνδείχασθαι βούλεται. Καὶ τί λέγω περὶ τῆς δωρεᾶς ταύτης; ἂν γάρ τὴν κοινὴν τοῦ γένους ἡμῶν ἐννοήσῃς δνομα, μεγίστην πρὸς ἀρετὴν λίψη διδασκαλίαν καὶ πιράκλησιν. Τὸ γάρ ἀγθρωπὸς τοῦτο δνομα

οὐ κατὰ τοὺς ἔξωθεν ἡμεῖς δριζόμεθα, ἀλλ' ὡς τῇ Θεῷ Γραφῇ ἐκέλευσεν. "Ἄνθρωπος γάρ ἔστιν, οὐχ ὅστις ἀπλῶς χεῖρας καὶ πόδας ἔχει ἀνθρώπου, οὐδὲ ὅστις ἔστι λογικὸς μόνον, ἀλλ' ὅστις εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν μετὰ παρθησίας ἀσκεῖ. "Ἀκουσον γοῦν περὶ τοῦ Ἱών τοῦ φησιν· εἰπὼν γάρ, δις· Ἐρ χώρα τῇ Αὔστιδι ἀνθρωπος ήν, οὐχ ἀπὸ τούτων αὐτὸν ὑπογράψει τῶν ὅρων, ἀφ' ὧν οἱ ἔξωθεν, οὐδὲ τοῦτο λέγει, δις πόδας δύο εἶχε καὶ δυναχας πλατεῖς, ἀλλὰ τὰ γνωριστικὰ τῆς εὐσέβειας ἐκείνης συντιθεῖς ἐλεγε, Δίκαιος, ἀληθινός, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ πικτὸς πονηροῦ πράγματος, δειχνὺς δὲ τοῦτο ἔστιν ἀνθρωπος. Καθάπερ οὖν καὶ ἔτερός φησι· Τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ τὰς ἀτολάς αὐτοῦ γένεσθαι, δις τοῦτο πᾶς ἀγθρωπος. Εἰ δὲ τὸ ἀγθρωπὸς δνομα τοσαύτην εἰς ἀρετὴν παρακλησιν παρέχει, πολλῷ μᾶλλον τὸ πικτός; Πικτός γάρ διὰ τοῦτο καλῇ, δις τοῦτο πιστεύεις τῷ Θεῷ, καὶ πιστεύῃ παρ' αὐτοῦ αὐτὸς δικαιοσύνην. ἀγιωτύνην, καθαρότητι ψυχῆς, υἱοθεσίαν, βασιλείαν οὐρανῶν· ἐνεπίστευσε καὶ ταῦτα σοι παρακατέθετο· σὺ πάλιν ἔτερα αὐτῷ ἐνεπίστευσας καὶ παρακατέθους, ἐλεημοσύνην, εὐχάριτον, σωφροσύνην, τὴν ἄλλην ἀπασαν ἀρετὴν. Καὶ τί λέγω ἐλεημοσύνην; καὶν ψυχροῦ αὐτῷ ποτήριον δῆς, οὐδὲ τοῦτο ἀπολέσεις, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετ' ἀκριβεῖας φυλάσσει εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν, καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεδάσει τῆς περιουσίας· τὸ γάρ δὴ θαυμαστὸν τοῦτο ἔστιν, δις οὐ φυλάττει τὰς παρακαταθῆκας μόνον, ἀλλὰ καὶ πλεονάζει ταῦτας τὰς ἀντιδόσεις.

Τοῦτο καὶ σοὶ ποιεῖν ἐκέλευσε κατὰ δύναμιν τὴν σήν, ἐν οἷς ἐνεπίστευθης, τὴν ἀγιωτύνην τὴν Ἑλαβες ἐπιτείνειν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ λαμπροτέραν ἐργάζεσθαι, καὶ τὸ χάρισμα φιλοδότερον ποιεῖν· καθάπερ οὖν καὶ Παῦλος ἐποίησε, τοῖς μετὰ ταῦτα πόνοις καὶ τῇ σπουδῇ καὶ τῇ προθυμίᾳ αὐξήσας ἀπαντα, ἀπέρ Ελαβεν, ἀγαθά. Καὶ σκόπει Θεοῦ κηδεμονίαν· οὗτε σοι τὸ πᾶν ἔδωκεν ἐνταῦθα, οὗτε τοῦ πικτοῦ ἀπεστέρτεν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔδωκε, τὰ δὲ ὑπέσχετο. Καὶ τίνος ἐνεκεν οὐ τὸ πᾶν ἐνταῦθα ἔδωκεν; "Ινα σὺ τὴν πίστιν ἐπιδείξῃ τὴν περὶ αὐτὸν. τοῖς μηδέποτε διθεῖσιν ἀπὸ τῆς ὑποσχέσεως αὐτοῦ μόνης πιστεύων. Τίνος δὲ ἐνεκεν [236] πάλιν οὐ τὸ πᾶν ἐκεῖ ἐταμιεύσατο, ἀλλ' ἔδωκε καὶ Πνεύματος χάριν καὶ

* Sav. ἀλλ. Χριστιανῶν ἀποδέδεικται.

† Sic Savil. et quidam mss.; alii ἀναστῆσαι. « Editum fuerat e Morellio, ἀναστῆσαι. » F.D.

δικαιοσύνην καὶ ἀγιειμόν; Ἰνα σοι κουφίσῃ τοὺς πόνους, καὶ ἐκ τῶν ἔδη δοθέντων καὶ ἐκ τῶν μελλόντων εὐέλπιδα καταστήσῃ. Διὰ τοῦτο καὶ νεοφύτιστος μέλλεις καλεῖσθαι, ὅτι νέον σοι τὸ φῶς ἀεὶ, ἀν θέλησ, καὶ οὐδέποτε σβέννυται. Τοῦτο μὲν γάρ, καὶ βουλομένων ἡμῶν, καὶ μὴ βουλομένων, διαδέχεται νῦν, ἐκείνην δὲ τὴν ἀκτίνα σκότος οὐκ οἶδε· Τὸ γάρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸν οὐκετέλειται. Οὐχ οὕτω γοῦν ὁ κόσμος ἐστὶ λαμπρὸς, ἀνισχούστης τῆς ἀκτίνος, ὡς ψυχὴ καταυγάζεται καὶ λαμπροτέρα γίνεται, τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἀξέχαμένη χάριν. Καὶ μάνθανες τῶν πραγμάτων ἀκριβέστερον τὴν φύσιν· νυκτὸς μὲν γάρ κατεγούστης καὶ σκότους ὄντος, πολλάκις καὶ σχοινίους ἴδων τις, ἐνόμισεν δριψιν εἶναι, καὶ φίλου προσιδόντα ὡς ἔχθρον ἔφυγε, καὶ ψόφου τινὸς αἰσθόμενος περιδεής γέγονεν· τριέρας δὲ γενομένης οὐδὲν τοιοῦτον γίνεται ἀν, ἀλλὰ πάντα οἴλαπερ ἐστὶ φαίνεται. "Ο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς συμβαίνει τῆς ἡμιτέρας. Ἐπιδὲν γάρ ἡ χάρις ἐλλοῦσα τὸ σκότος ἀπελάση τῆς διανοίας, μανθάνομεν τὴν τῶν πραγμάτων ἀκριβεῖαν, καὶ γίνεται τριῶν εὐκάταφροντα τὰ πρότερα φυῖερά. Οὕτε γάρ θάνατον ἔτι δεδοκαμένην, μαθόντες ἀκριβῶς παρὰ τῆς ἱερᾶς ταύτης μυσταγωγίας, ὅτι οὐκ ἐστι θάνατος ὁ θάνατος, ἀλλὰ ὑπνός καὶ κοίμησις πρόσκαιρος· οὐ πνίαν, οὐ νόσον, οὐκ ἀλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, εἰδότες ὅτι πρὸς βελτίνα ζωὴν ὀδεύομεν, ἀκριρατόν τε καὶ ἀφθαρτον, καὶ πάστης τοιαύτης ἀπηλλαγμένην ἀνωμαλίας.

γ'. Μή τοίνυν ἔτι πρὸς τὰ βιωτικὰ μείνωμεν κεχτυνότες, μὴ πέρι τρυφῆν τραπέζης, μηδὲ πέρι πολυτέλειαν ἰματίων· καὶ γάρ ἔχεις ἰμάτιον μέγιστον, ἔχεις τραπέζαν πνευματικὴν, ἔχεις τὴν ὀόξαν τὴν ἄνω, καὶ πάντα σοι ὁ Χριστὸς γίνεται, καὶ τράπεζα, καὶ ἰμάτιον, καὶ οἶκος, καὶ κεφαλὴ, καὶ βίζα. "Οσοι γάρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε· ίδοι πῶς ἰμάτιον σοι γέγονε. Βιώλει μαθεῖν, πῶς καὶ τράπεζά σοι γίνεται; Ό τρωγων με, φησίν, ὥσπερ ἐγώ οὐδὲν διὰ τὸν Πατέρα, κάκείτος ζῆσται δι' ἐμέ. "Οτι δὲ καὶ οἶκός σοι γίνεται· Ό τρωγων μου τὴν σάρκα ἐν ἐμοὶ μένει, καὶ γάρ ἐν αὐτῷ· καὶ ὅτι βίζα, πάλιν φησίν· Ἐγώ ή ἀμπελος, ὑμεῖς τὸν κλήματα· καὶ ὅτι οὐσιώδες, καὶ φίλος, καὶ νυμφίος· Οὐκέτι ὑμᾶς λέρῳ διύλους· ὑμεῖς γάρ φίλοι μου ἔστε. Καὶ ὁ Παῦλος πάλιν· Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἐντὸν ἀρδοὶ πυρθέρον ἀγνῆρ πυραστῆσαι τῷ Χριστῷ· καὶ πάλιν· Εἰς τὸ εἶται οὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὐκ ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖδες γιγνόμενα· Ἰδοὺ γάρ, φησίν, ἐγώ, καὶ τὰ παιδία, ἢ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέλη αὐτοῦ, καὶ σώμα αὐτοῦ. "Ωσπέρ γάρ οὐκ ἀρκούντων τῶν εἰρημένων ἐπιδεῖξαι τὴν ἀγάπην καὶ τὴν εὔνοιαν, ἦν πρὸς τὴν ἡμᾶς ἐπιδείχνυται, καὶ ἔτερον τούτων μεῖζον καὶ ἔγγυτερον ἔιτικεν, κεφαλὴν ἔκυτὸν ἡμῶν προσειπόν. Ταῦτα δὴ πάντα εἰδὼς, ἀγαπητὲ, ἀμειψάται σου τὸν εὐεργέτην ἀριστηρὸν πολιτείᾳ, [257] καὶ ἐννοήσας τῆς θυσίας τὸ μέγιθος, καλλώπισδν σου τὰ μέλη τοῦ σώματος. Ἐννόησον τι δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ μηδέποτε ἀνάσχη τυπτῆσαι τινα, μηδὲ τὴν τοσούτῳ τιμηθεῖσαν δώρῳ καταισχύνῃς τῇ τῇ πληγῆς ἀμαρτίᾳ· ἐννόησον τι δέχῃ τῇ χειρὶ, καὶ καθαρὰν αὐτὴν πλεονεξίας καὶ ἀρπαγῆς πάστης διατήρησον. Λόγισαι, ὅτι οὐ τῇ χειρὶ δέχῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στόματι προσάγεις καὶ καθαρὴν φύλαττε τὴν γλῶτταν· * Αλιι τὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος.

ταν αἰσχρῶν καὶ ὑδριστικῶν φημάτων, βλασφημίας, ἐπιορκίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἀπάντων. Καὶ γάρ διέθρισ τὴν διακονουμένην μυστηρίοις οὗτω φρεκωδεστάτοις, καὶ αἷματι φοινικθεῖσαν τοιούτῳ, καὶ χρυσῆν γενομένην μάχαιραν, ἐπὶ λοιδορίας καὶ ὑδρεις καὶ εὐτροπελίας μετάγειν. Αἰδέσθητε τὴν τεμὴν, τὸν ἐτίμησεν αὐτὴν ὁ Θεός, καὶ μὴ καταγάγῃς εἰς τὴν τῆς ἀμαρτίας εὐτέλειαν· ἀλλ' ἐνθυμηθεὶς πάλιν, ὅτι μετὰ τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶσσαν ἡ καρδία δέγεται τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο μυστήριον, μὴ ράψης ποτὲ κατὰ τοῦ πλησίου δόλου, ἀλλὰ κακουργίας πάσης καθαρὰν διατήρει σου τὴν διάνοιαν· οὐτω καὶ δρθαλμούς καὶ ἀκοὴν ἀσφαλίσασθαι δυνήσῃ. Πῶς γάρ οὐκ ἀτοπον, μετὰ τὴν μυστικὴν ἐκείνην φωνὴν καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν φερομένην, τὴν ἐκ τῶν Χερουβίμ λέγω, πορνοκαταμασι καὶ κατακεκλασμένοις μέλεσι τὴν ἀκοὴν μολύνειν; πῶς δὲ οὐκ ἐσχάτης κολάσσεως ἀξιοί, τοῖς δρθαλμοῖς, οἵς ὁρᾶς τὰ ἀπόρρητα καὶ φρικτὰ μυστήρια, ταύταις πόρνας ὄρδην, καὶ μοιχείαν ἐργάζεσθαι τὴν κατὰ διάνοιαν; Εἰς γάμου ἐκλήθης, ἀγαπητέ· μὴ εἰσέλθῃς ρυπαρὰ ἐνδεδυμένος ἴματια, ἀλλὰ τῷ γάμῳ κατάλληλον λαβὲ στολὴν. Εἰ γάρ εἰς γάμους αἰσθητοὺς ἀνθρώπους καλούμενοι, καν ἀπάντων ὥστι πενέστερος, χρησάμενοι πολλάκις ἢ πριάμενοι ἴματιον καθαρὸν, οὐτω πρὸς τοὺς καλέσαντας αὐτοὺς ἀπαντῶσι· σὺ δὲ οὐδὲ οὐ πρὸς γάμον κληθεὶς πνευματικὸν καὶ δεῖπνα βασιλικὰ, ἐννόησον, τίλικον δὲν εἶη δίκαιον σε ἴματιον πρίασθαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀγοράσαι χρεία, ἀλλ' αὐτὸς σοι δίδωσιν δὲ καλῶν δωρεάν, ἵνα μηδὲ πενίαν προβληθεῖσαι ἔχῃς. Τῆρει τοίνυν ὅπερ ἔλαβες ἴματιον· ἀν γάρ ἀπιλέστης, γρήγοραςθαι: οὐ δυνήσῃ λοιπὸν, οὐδὲ πρίασθαι· οὐδαμού γάρ πωλεῖται τοιοῦτον ἴματιον. "Ηκουσας, πῶς ἐστέναξην οἱ πάλαι μυσταγωγηθέντες, καὶ τὸ στῆθος ἐπάταξαν τοῦ συνειδότος ἐνταῦθα διαναστήσαντος; Σκόπει τοίνυν, ἀγαπητέ, μὴ καὶ σύ ποτε οὐ τοῦτο πάθῃ· πῶς δὲ σύ πεισῃ, τὴν πονηρὰν συνήθειαν μὴ ἐκθαλάττην τῶν κακῶν; Διὰ τοῦτο καὶ πρώτην εἶπον καὶ νῦν λέγω, καὶ λέγων οὐ πάντομα, εἴ τις τὰ ἔλαττώματα τῶν τρόπων μὴ διώρθωσε μηδὲ παρεσκεύασεν ἔαυτῷ τὴν ἀρετὴν εὔκολον, μὴ βαπτιζέσθω. Τὰ μὲν γάρ πρότερα ὀμαρτήματα ἀφεῖναι δύναται τὸ λουτρόν· δέος δὲ οὐ μικρὸν καὶ κίνδυνος οὐχ ὁ τυγχὼν, μήποτε πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἐπανέλθωμεν, καὶ γένηται ἡμῖν ἔλκος τὸ φάρμακον. "Οσῷ γάρ μείζων γέγονεν ἡ χάρις, τοσούτῳ πλείων τῇ κόλασις τοῖς μετὰ ταῦτα ἀμαρτάνουσιν.

γ'. "Ινα οὖν μὴ πρὸς τὸν πρότερον ἐπανίσωμεν ἐμετόν, παιδεύσωμεν ἐκαυτούς ἐντεῦθεν ἔδη. "Οτι γάρ δέηται πρότερον μετανοήσαντας καὶ τῶν προτέρων ἀποστάντας [258] κακῶν, οὐτω τῇ χάριτι προσιέναι, ἀκουστον τὶ μὲν Ἱωάννης φησί, τὶ δὲ οὐ τῶν ἀποστόλων καρυφαῖος τοῖς βαπτιζέσθαι μέλλουσιν· ἐκεῖνος μὲν γάρ φησι· Ποιήσατε καρπὸν ἀξιον τῇ μεταροΐας, καὶ μὴ ἀρξθε ἀλέγειν ἐρ έαυτοῖς, οτι Ηπέρεια ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· οὗτος δὲ τοῖς ἐρωτῶσι πάλιν ἔλεγε· Μετενοίησατε, καὶ βαπτισθήτω ἔκαστος ωμῶν εἰς τὸ ἔρογα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. "Ο δὲ μετανοῶν οὐκέτι τῶν αὐτῶν ἀπτεται πραγμάτων, ἐφ' οἵς μετενόησε· διὰ τοῦτο καὶ κελευθμεῖται λέγειν· Ἀποτάσσομαι σοι, Σατανᾶ, ἵνα μηκέτι πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθωμεν.

* Savil. et quidam miss. διατήρουσι τὴν διάνοιαν.

† Savil. et quidam alii non habent σὺ δέ.

‡ Alii miss. ἐπάνταξαν τὸ συνειδότον ἐνταῦθα διαναστήσαντες; Συγέπι τοίνυν, ἀγαπητέ, καὶ σὺ μήποτε. § Inserimus καὶ σὺ, εν quo concipiuntur sii phrasis. ¶ I.e.t.

etiam de futuris te bonæ spei constituat. Propterea que recenter illuminatus vocari debes : quoniam nova lux semper tibi, si velis, et numquam extinguitur. Hanc nempe lucem et volentibus nobis et nolentibus nocte subsequitur ; illum vero radium tenebrae non norunt : *Lux enim in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehendunt* (Joan. 3. 5). Non sic enim mundus est clarus oriente radio, ut anima illustratur et splendidior sit a Spiritu gratiam suscipiens. Et considera diligentius rerum naturam. Nocte enim terras tenente et tenebris caligantibus, saepe funiculum quis cernens, serpentem esse putavit, et amicum accedentem tamquam inimicum fugit, et strepitum quempiam sentiens trepidus factus est ; luceente vero die nihil tale acciderit, sed omnia qualia sunt apparent : quod et in anima nostra contingit. Postquam enim gratia veniens mente tenebras expulerit, rerum veritatem discimus, et nobis fiunt despicabiles res prius tremenda : nec enim amplius mortem timemus, diligenter ex hac sacra initiatione discentes, mortem non esse mortem, sed somnum et dormitionem temporariam : non pauperiem, non morbum, non aliud quid hujusmodi reformidamus, scientes nos ad meliorem tendere vitam, immortalem et incorruptam, et ab omni tali liberam inæqualitate.

2. Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hiantes, nec circa mensæ delicias, nec circa vestimentorum ornatum : habes enim maximum indumentum, habes mensam spiritualem, habes gloriam superne, et omnia tibi Christus factus est, et mensa, et vestimentum, et domus, et caput, et radix. *Quotquot in Christo enim baptizati estis, Christum induistis* (Galat. 3. 27). Ecce quomodo vestimentum tibi est. Vis discere quomodo et mensa tibi sit ? *Qui me comedit, inquit, sicut ego vivo propter Patrem, vivet et ille propter me* (Joan. 6. 58). Quod autem domus sit tibi : *Qui comedit carnem meam, in me manet et ego in eo* (Ib. v. 57). Et quod radix, rursum inquit : *Ego tuis, eos palmites*. Et quod frater, et amicus, sponsus : *Non amplius vos dicam servos. Vos enim amici mei estis* (Joan. 15. 5. et 15) : et Paulus : *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (2. Cor. 11. 2) ; et rursum : *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus* (Rom. 8. 29). Nec fratres tantum ipsius, verum et pueruli sumus : *Ecce enim, inquit, ego et pueruli, quos tradidit mihi Deus* (Isai. 8. 18). Non hoc autem solum, verum et membra ipsius et corpus ejus (1. Cor. 12. 27). Tamquam enim non sufficerent ea, quæ dixerat, ad demonstrandam benevolentiam, et caritatem quam erga nos exhibet, et aliud his majus et proprius posuit, se caput nostrum appellans (Ephes. 4. 22). Ilæc omnia certo sciens, dilecte, sis gratus erga benefactorem tuum optima conversatione, et sacrificii magnitudinem cogitans, ora corporis tui membra : cogita quid manu capias, nec umquam ullum verbare audeas, nec tanto decoratam munere, plaga criminis dedecores : cogita quid manu capias, et ipsam ab omni avaritia et rapina liberam conserva. Reputa quod non tantum manu capias, verum et ori

admoveas, et linguam custodi a contumeliosis mandam et turpibus verbis, blasphemia, perjurio, et aliis omnibus hujusmodi. Etenim perniciosum est, tam tremendis ministrantem mysteriis linguam et sanguine tali purpuratam, et factam auream, gladium ad convicia et contumelias et scurrilitates transferre. Reverere honorem quo Deus ipsam honoravit, nec ad peccati usum ipsam deducas ; sed rursum animadver tens, quod post manum et linguam cor suscipiat tremendum illud mysterium, ne umquam in proximum consuas dolum, sed mentem tuam ab omni malitia mundam conserva ; sic et oculos, et aures munire poteris. Quomodo enim non est absurdum post mysticam illam vocem e caelis delatam, a Cherubim dico, meretriciis cantibus et fractis melodiis aures inquinare ? quomodo vero non extrema poena dignum est, oculis quibus arcana vides et tremenda mysteria, his meretrices spectare, et mente adulterium exercere ? Ad nuptias vocatus es, dilecte : ne intres sordidis indutus vestimentis, sed nuptiis congruam cape vestem. Si enim ad nuptias sensibiles homines invitati, etsi omnium pauperrimi sint, mutuo sumentes saepe vel ementes vestimentum mundum, sic se vocantibus occurrunt : et tu ad nuptias spirituales ei prandia vocatus regalia, consideres quale dignum sit te nuptiale vestimentum comparare. Verum enim vero nec opus est comparare, sed ipse qui vocat tibi dat gratis, ne vel paupertatem pretendere valeas. Serves itaque quod accepisti vestimentum ; si namque perdideris, amplius commodato accipere non poteris, aut emere : nusquam enim venditur tale vestimentum. Audisti quomodo gemuerunt olim sacris introducti, et pectus percusserunt, eos stimulante conscientia¹? Considera igitur et tu, dilecte, ne umquam hoc patiaris. Quomodo autem non patieris, non expulsa prava malorum consuetudine ? Propterea et prius dixi et nunc dico, et dicere non desistam, si quis morum vitia non correxit nec sibi facilem parvit virtutem, ne baptizetur. Priora nempe criminis lavacrum ablucere potest ; timor autem non parvus et periculum non mediocre, ne rursum ad eadem redeamus, et in vulnus nobis medicina vertatur. Quanto namque major facta est gratia, tanto amplior postea peccantibus poena.

5. Ne igitur ad pristinum redeamus vomitum, jam nos ipsos erudiamus. Quod enim oporteat prius poenituisse et a prioribus destitisse malis, et sic ad gratiam accedere, audi quid Joannes dicat, quid vero princeps apostolorum baptizari debentibus. Ille nempe dicit : *Facite fructum dignum poenitentiæ : et ne incipiatis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham* (Luc. 3. 8). Hic autem interrogantibus rursus aiebat : *Poenitentiam agite, et baptizetur quisque vestrum in nomine Domini nostri Jesu Christi* (Act. 2. 38). Qui autem agit poenitentiam, non amplius eadem attingit negotia, quorum poenituit : ideoque jubemur dicere : *Abrenuntio tibi, satana, ne amplius ad ipsum rever-*

¹ Quidam MSS., pectus percusserunt, conscientiam, exasperantes.

tamur. Sicut igitur in pictoribus accidit, sic et nunc fiat; etenim illi tabulas proponentes, et albas circumducentes lineas, et regias depingentes imagines, priusquam colorum veritatem superinducant, cum omni libertate hæc quidem delent, illa vero repingunt, et errata corrigentes et male se habentia transponentes: postquam vero jam colorem induxerint, non amplius libertatem habent rursum delendi et depingendi, quoniam imaginis pulchritudini nocent, et sine culpa fieri non posset: hoc tu quoque fac: puta animam esse tibi imaginem. Priusquam igitur superveniat vera Spiritus tinctura, male insitas tibi consuetudines dele: sive jurare, sive mentiri, sive contumelias inferre, sive turpia loqui, sive ridicula facere solitus es, sive quid aliud hujusmodi non licitum faciendi consuetudinem habes, erue consuetudinem¹, ne post baptismum rursum ad ipsam regrediaris. Peccata delet lavacrum: tu consuetudinem corrige, ne jam inductis coloribus et illustrata imagine regia, amplius deleas, et vulnera et cicatrices inferas a Deo tibi dato decori. Corripe igitur iram, extingue furorem, sive quis afficiat injuria sive contumelia, lacrymis illum prosequere: ne indigneris tu, condole, ne exacerberis: ne dicas, in anima patior injuriam. Nemo est in anima injuriam patiens, nisi nos ipsos in anima injuria afficiamus; et quomodo id ita sit, jam dicam. Ablata est res tua; non passus es in anima, sed in pecuniis: si tu vero mali memoriam serves, in anima tu te ipsum laesisti: pecuniae enim ablatae nihil animam laeserunt, verum et adjuverunt; tu vero non iram dimittens, poenas illic hujus servatæ malorum memorie dabis. Conviciis te quispiam et contumeliis affecit? te nil in anima laesit, sed nec in corpore. Tu vicissim contumelias et convicia intulisti? te ipsum in anima laesisti, eorum quæ dixisti, illic poenas subiturus. Et hoc omnium maxime vos certum scire volo, Christianum et fidelem in anima posse laedere neminem, nec ipsum diabolum. Nec hoc tantum est admirabile, quod nos Deus omnibus insidiis inexpugnabiles fecerit, verum et quod ad omnem virtutis operationem nos aptos paraverit: et impedimentum nullum est, si velimus, licet pauperes, sive corpore imbecilles, sive abjecti, sive ignobiles, sive servi. Nec enim paupertas, nec imbecillitas, nec corporis mutilatio, non servitus, non aliud talium quidpiam ad virtutem impedimentum esse queat. Et quid dico pauperem et servum et ignobilem? etiam si captivus sis, nec hoc tibi ad virtutem impedimentum fit; et quo id modo sit, dicam. Quidam domesticorum te contrastavit et irritavit? ipsi iram remitte. Numquid tibi ad hoc vincula et paupertas et ignobilitas impedimentum facta sunt? Et quid dico impedimentum? et potius quidem adjuvant: namque et cooperantur ad superbiam comprimendam. Vidisti alium feliciter agentem? ne invideas; nam nec hic paupertas impedimentum est. Rursum cum orare convenit, sobria et vigili mente hoc præsta, et nec hic ullum

¹ Alii cum Savil., dele consuetudinem.

